Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26196
Copyright: Admont, Benediktinerstift

exsuperat omnem sensum. in igne autem ardentem quam mens
fidelium superno bono & cognitione irradiat. & spe ac dilec
tione accendit. & hanc quoque omnium gloriam filii israel de longe
& ab inferioribus aspiciunt. moyses autem altius ascendendo pe
netrat. quam mirum abdita mysteriorum diuinorum perfecti quoque
perfecte ac sublimiter uident. at nos nostre memores fragilita
tis & inertiae. & si hoc intuare comprehendendo nequum saltem
cedendo. sperando. diligendo in primo manere atque aspec
tare curemus. Quasi israel filii israel alonge oculos ad montem
dei. atque ad conspectum gloriae eius habent. cum infirmi quoque in ecclesia
dominum uidere summopere desiderantes. oculos mentis sedulo in
memoriam eiusque claritatis fixos tenent. quibus in uicinia montis
dei in quem moysen ascendisse nouerunt commorantur. Tum in illo
se moderamine uiuendi coercent quoque nunquam gressum suae opa
tionis longius ab imitatione summorum uirorum abstrahant. tam
& si nec dum plene illorum ad perfectionem sequi uestigia possint.

Ingressusque moyses medium nebulae ascendit in montem.
& fuit ibi xl diebus & xl noctibus. Moyses medium nebulae in
gressus ascendit in montem. cum praedicatores diuinae legis in
quibus ipse moyses eximius erat. ad intuenda sublimiter incer
ta & occulta sapientiae diuinae inuitante ac ducente domino
penetrant. Fuit autem cum domino moyses xl diebus & noctibus.
ut hoc numero temporis disceret. quod illi solummodo deca
logum legis quem cum suo populo accepit possent imple
re. quos euangelice gratiae ueritatis quae libris erat deseriben
da iuuaret, quem in denis xl faciunt. ut certe quod uen
turum erat tempore quando eadem praecepta decalogi secula